legitime cōfecto inuētario:vt. l.tutor qui repertorium.ff.de admini
ſtra.tuto.prius ergo d3 ſe habilem oſtendere , ſicut ⁊ ceteri qui ſine
17 mādato legitime nō admittuntur. ¶ †Sed iuxta hoc dubitari pōt
de modo probandi has negatiuas,cū nō ſint coarctate loco,vel tem
pore,Et dicit Barto.in.d.l.hoc iure. qđ poteſt implorari officium
iudicis:vt fiat ſolēnis inueſtigatio,⁊ exploratio per eū cui iudex cō-
miſerit,an talis ſoluerit vel nō ſoluerit:vel an talis ad locū venerit,
vel nō venerit:ſicut qñ fit diſcuſſio bonorum principalis,⁊ pro hoc
inducit ſpecialiter text.ff.de legatis.ij.l.cū quidā.§.fin.⁊. l. ſequen.⁊
ff.de verborū obligatio.l.ita ſtipulatus. ver. qđ ſi ab initio.⁊ ſuffi-
ciet ſi nuntij relatio cōtineat ſe diligenter perquiſiſſe ab hominibus
qui hoc ſimiliter ſcire debent, ⁊ ſe reperiſſe ꝙ talis non venit ad lo-
cū,vel queſiuiſſe ab his quibus ſolui debuit, vel qui ſcire debent re-
cepiſſe eū,⁊ reperiſſe qđ ille nō ſoluit,vel iudex aliter diſgrat:vt.l.ma
gis puto.§.ne paſſim.ff.de re.eo.et hec de ipa negatiua,de qua gña-
liter loquēdo,dixi in.l.actor.S.de proba.¶ S3 in caſu huius. l.que-
ro.qualiter emphyteuta probabit ſe ſoluiſſe , ⁊ dicit gloſſ.q᷑ per in-
ſtrumenta,vel partis confeſſiones. Item ꝙ tribus annis proximis
cōtinuis ſoluerit.nā retro preſumitur ſemp ſoluiſſe:vt.j.de apo.pu.
l.pen.libro decimo. Et iſte modus eſt not.vt dixi in.ij.queſtio.ſubiū
git gloſ,⁊ per teſtes:vt.l.in exercendis.S.de fide inſtrumē.⁊.l.j.S.de
teſti.ſed hic attende:q᷑ teſtes iſti debent eſſe nō minus quinq3,⁊ ro
gati:vt.S.de teſti.l.teſtium.⁊ authē.rogati.⁊ eſt ratio:q᷑ ꝯctus iſte,
⁊ qđ ex eo debetur in ſcriptis , eſt celebratus:⁊ per ſcripturā ipſam
probatur:ergo nō minus ſufficiunt:vt ibi dixi in.vj. oppo. qđ tene
18 menti:q᷑ doct.non tāgunt.¶ †Quero nono,⁊ principaliter, quid ſi
emphyteuta promiſit penā ſi nō ſoluerit penſionē,an eo per triēniū
non ſoluente poterit deijci:dixerunt quidā qđ nō:ſed tantum pena
peti. q᷑ per promiſſionē pene videtur renūtiatum prouiſioni legis:
vt.j.de pac.cōuen.l.fi.glo. determinat cōtrariū ne inducta in fauorē
dñi,vt eſt pena cōuen.retorqueātur in eius leſionem:vt.l.qđ fauore.
S.de legi ⁊ ne pena appoſita in odiū non ſoluētis afferat ei commo
dū:vt.l.ſiue hereditaria.ff.de neg.geſt.nec obſt.d.l.fi.q᷑ loquitur in
priuilegio,⁊ iure ſpeciali,qđ facili⁹ tolliť ꝙ ius cōmune:vt.ff.de mil.
teſt.l.eius militis.§.militia.cū ſimi.⁊ hec dicit Pet.⁊ Cyn.vera,niſi
prouiſio hominis eſſet appoſita ad nouandū prouiſionem legis : q᷑
tūc tolletur prouiſio iuris cōmunis : vt. ff.de re iud.l.iiij.§.ſi ex con-
uentione.⁊.j.de vſu.rei in.l.pen.cū ſi.⁊ ex iſta glo.no.qđ penalis ſti-
pulatio nō nouat in dubio,l3 precedat ꝯtract⁹ iuris ciuilis:vt eſt cō
tractus emphyteuticus:vt dici in.l.prece.ad fi.circa qđ vid latius vt
19 dixi in.l.ſi pact. S. de pact. ¶ †Quero decimo iuxta primam. q.an
vtrūq3 facere pōt.ſ.penā petere, ⁊ eū expellere,dt gl. qđ nō:niſi eſſet
dictū vt vtrūq3 fieri poſſit:vt.ff.de do.exce.l.apđ Celſum.§.labeo.⁊
20 S.de trāſ.l.cū proponas.¶ †Quero vndecimo:pena ē exacta,⁊ poſt
ea ſtetit ꝑ triēniū ꝙ nō ſoluit:an iterato exigi poterit , ſuppoſito ꝙ
a principio dictum fuerit,qua exacta.nihilominus ꝯctus remaneat
firmus:⁊ dicit gl.qđ nō.ar.ff.de ar.l.ſi duo.§ fi.ne per illa verba rato
manēte ꝯctu,intelligať repetita ſtipl'io penalis:q᷑ illa nō eſt ꝯctus:
vt.l.labeo.ff.de ver.ſig.ita elegāter d3 hoc no.gl.ſec⁹ inqt ſi vltra dictū
fuiſſet,puta vt qties ceſſauerit,toties i penā icidat:vt.d.l.ſi duo.§.ſi.
21 ¶ †Quero duodecimo,qd ſi dictū fuit rato manēte pacto,⁊ toties
cōmittatur,⁊ exigi poſſit ⁊c.⁊ ita intelligo titu.hui⁹.qđ.vt differat a

nona

nona queſtione, an tũc pena ex acta, ⁊ poſtea ſteterit ꝑ tricñiũ, po-
terit expelli. dicit gl. ꝙ ſic: q2 illa verba rato manẽte cõtractu, intel-
ligunt̃ apposita fauore dñi. melius dixiſſet implemẽtis: ⁊ ſic nõ de-
bet in eius leſionẽ interpretari. ar. l. ꝙ fauore. ꝯ. de legi. facit ad ꝓdi-
22 dicta. l. cũ par. ff. de reg. iu. ⁊. ꝯ. de trãſa. l. ſi qs maior. ¶ † Quero de-
cimotertio. emphyteota fecit ſcõꝫ emphyteotã, q alteri dedit in em
phyteoſim: ⁊ neuter ſoluit dño canonem: ideo dixit neuter. q2 ſi non
primus: ſed ſecũdus debitũ canonem ſoluiſſet, dño ſuffeciſſet: vt hic
in litera: neqꝫ apochas ⁊c. vt. ꝯ. pro ſocio. l. cũ proponas. ff. de cẽſi. l.
forma. §. ſi cũ ego. ⁊. ꝯ. ſine cenſu vel reli. l. ij. ⁊. l. fi. ⁊. ff. de pig. l. lex ve-
ctigali. Quomodo cõſulet̃ domino. R. ñ. gl. vt in ea patet, ſed nõ cla
re: ideo dicit Cyn. ꝙ ſi ſeruus fuit inueſtitus de voluntate dñi: ipſe
dominus debuit eũ inueſtire, ⁊ domino promiſſio canonis fieri: vt
in. l. ſeq. §. neceſſitatem. ſi igit̃ ſibi tunc non ſoluit, poterit eũ expelle-
re: ⁊ ab eo pẽſiones petere: q2 fides nõ impleti nõ eſt ſeruanda: vt in
gl. ſi autẽ irrequiſito dño primus emphyteota inducit ſcõm in poſ
ſeſſionẽ, ⁊ eũ authoritate ꝓpria inueſtituit: ⁊ tũc q2 nulla promiſſio
eſt facta domino: videt̃ ꝙ eum expellere nõ poteſt: q2 vbi nulla peti
tio, ibi nulla mora: vt. ff. ſi cer. pet. l. lecta. ver. dicebam. Sed tene o cõ-
trariũ: q2 reſoluto iure datoris, reſoluit̃ ius acceptoris: vt. ff. de pig.
23 vel hyp. ſolu. l. iij. ⁊ probat̃ hic. in ver. ſi autem. ¶ † Quero decimo-
quarto. emphyteota q nõ erat vere emphyteota ſꝫ ſoluit vt emphy
teota per quadraginta annos, an poſſit deijci ſi non ſoluat. dt gl. ꝙ
nõ. qd fatet̃. Cy. q2 prius ius emphyteoticariũ preſcripſit. ar. l. com-
perit. ĵ. de ꝓſcri. xl. an. ⁊ pro hoc bene facit in. x. col. in tit. ſi de feud.
fue. controuer. c. j. §. ſi quis per. xxx. anno. ſed an preſumatur contra-
ctus emphyteoticus celebratus. dicit gl. ꝙ ſic. ar. ĵ. de fun. pa. l. fi. ⁊. l.
ius emphyteotici. ſed de. h. d. Cyn. ſe dubitare ꝑ no. in. l. ſi certis an-
nis. ꝯ. de pact. ſed tene gl. q2 loquit̃ in dubio, ⁊ ſic ibi contractus per
24 ſoluentem allegatur. ¶ † Quero decimoquinto, quo tẽpore debeat
ſoluere penſionẽ. gl. hic in ver. nulla. in gl. formauit iſtã queſtionẽ: ⁊
dicit ꝙ tempore cõuento, ⁊ vbi nihil eſt cõuentũ, põt ſolui per tres
vices in anno. dummodo ſoluat̃ totum annũ ante. kalẽ. Januarij: vt
l. placuit. ĵ. de colla. fun. pa. li. xj. vbi caſus. Sed quo tẽpore iſte tres
vices limitentur, lege non cauetur. Jtem in eoruꝫ placito ſtat de to
to tres ſolutiões facere: ſi igitur noluerit tres ſolutiões facere, quo
tẽpore debeat fieri. dic ante kalẽ. Januarij: vt in illo tex. niſi conſue-
tudo loci aliud diſponat, prefixio ergo termini eſt ante kalẽ. Janua
rij. ꝙ intelligo, niſi poſt fructꝰ iam collectos dñs det emphyteoſim,
q2 tũc in kalen. proximi Janua. non tenet̃ ſoluere, cũ nondum rece-
perit aliquos fructus: ſed tũc puto ꝙ expectari debet collectio fru-
ctuũ, ſiue penſio det̃ de fructibꝰ, ſiue de alia re, que ꝓpter perceptio
nem fructũ dat̃. ideo tũc eorũ ꝑceptio expectari debet. arg. ff. qñ di.
le. ce. l. firmio. ⁊ forte dicendũ eſt ꝙ habet annũ a die inueſtiture: vt
25 dixi in locatione. in. l. ede. ꝯ. ti. j. ¶ † Quero decimoſexto. quid ſi ille
qui ſoluere debuit ignorauit: q2 heres eſt acceptoris, an poſſit eijci,
⁊ videt̃ ꝙ nõ: q2 tẽpus nõ currit ignoranti: vt. ff. de cal. l. annus. ⁊. ff.
qd vi aut clã. l. ſemper. §. hoc interdictũ, ſed ibi de vtili anno, hic de
ꝯtinuo: vt in gl. quapropter dicit gl. ꝙ de iure ſtricto deijci põt: ſed
ex equitate reſtitutio dat̃ ex generali clauſula. ff. ex qui. cau. ma. l. j. in
fi. Et idẽ tenet Dy. extra de reg. iu. c. cũ quis. li. vj. Pet. vero dixit ꝙ
heres nõ poteſt reſtitui, ſiue ſit maior, ſiue minor: q2 ex quo contra-
ctus incepit in perſona maioris, currit tẽpus heredi ſine beneficio
reſtitutionis: vt. ff. de min. l. emilius. ⁊. h. d. Cy. nõ eſſe improbabile.
ſed tenuo glo. ꝑ ea q̃ ſcripſi. ꝯ. ſi aduer. vẽ. pig. l. ij. in. iij. op. ⁊ eã tenet
etiã ibi Bar. ⁊ ita ſe habet cõis opi. doc. Et ex iſta habes ꝙ emphy
26 teoſis trãſit ad heredẽ. ¶ † Juxta qd quero decimoſeptimo, pater
recepit fundũ in emphyteoſim pro ſe ⁊ filijs ſuis, vtrũ filij cõcurrãt
cũ patre: ⁊ licet multa poſſint allegari pro ⁊ cõtra: tñ cõcluſiue dico.
ꝙ nõ cõcurrũt: ſed veniũt ordine ſucceſſorio, primo rõne charitatis
inter eos exiſtẽtis, que ſic diſponit in vltima volũtate, in qua ratio-
ne plenioris commodi exhibendi: vt. l. in teſtamẽtis. de regu. iu. vi-
det̃ filios cõcurrere debere cũ patribꝰ: ⁊ tamẽ nõ cõcurrunt, ſed or-
dine ſucceſſiuo veniũt: vt. ff. de leg. ij. l. peto. §. fratre. ⁊. l. cũ pater. §. fi.
⁊ arg. ff. de here. inſti. l. lucius titius. qui. ⁊ ar. ff. de inſti. ⁊ ſubſt. ⁊ ar.
eorũ que no. gl. ff. de libe. ⁊ poſth. l. gallus. §. quidã recte. ſcõo ad idẽ
facit gl. ff. de cõdi. inde. l. ſi non ſortẽ. §. libertus. ⁊ hoc ibi clare tenet
Jac. but. ⁊ Cy. in. l. liberti. ĵ. de oper. lib. Tertio ad idẽ facit gl. ff. de
pac. l. ſi tibi. §. ſi pactꝰ. vbi dicit̃ ꝙ ſi pater ſtipulatur ſibi, ⁊ intelligit̃
27 ſtipulari filio poſt mortem patris ⁊c. ¶ † Quero decimooctauo. ec
cleſia ſucceſſit priuato, qui in emphyteoſim dedit, an emphyt. non
ſoluente, eccleſia vtetur iure priuati: vt requirat̃ per triennium eum
ceſſaſſe, vel ſufficiat per biennium. Reſpond. aut ceſſatio biennij eſt
initiata, ⁊ cõſummata cum eccleſia: ⁊ tunc ſucceſſit, ⁊ vtetur eccleſia
iure proprio, ⁊ eius priuilegio. ar. ff. de vſuris. l. cum quidã. §. ſi de-
bitores, aut eſt initiata cum defuncto, puta quia iam in perſona de-
functi tranſiuerat vnus annus, intra quem omiſerat ſolutionem fa-
cere, ⁊ poſtꝙ eccleſia ſucceſſerat, tranſiuit alius: ⁊ tũc non ſufficit: q2
ex quo vtit̃ adminiculo defuncti, debet vti iure illius. ar. ĵ. de preſcri.
xxx. ann. l. cũ notiſſimi. §. illud. ⁊. ff. de acqui. poſ. l. Põp. §. cum quis.
⁊ ſic requirit̃ tertius annus. Eſt ergo cõcluſio. ꝙ tẽpore eccleſie per
duos annos debeat in ſolutione ceſſaſſe. ⁊ hec ſufficiant. De multis
alijs querit Spe. in ti. de loc. §. nũc aliqua. q̃ omitto ꝓpter breuitatẽ:
⁊ q2 nõ ſunt ſit quotidiana ſicut ꝓdicta: reſtat vt expediaꝫ aliquã op.
28 circa penultimã ⁊ vltimã ptẽ. ¶ † Opp. igit̃. ꝙ nõ ſufficiat diẽ eue-
nire, ſꝫ neceſſe ſic vt debitor interpellet̃: vt. ff. de ope. li. l. cũ patronꝰ.
Sol. vt in gl. ꝙ in opera liberti eſt ſpeciale. ne fruſtra accederet, ſi do
29 mino nõ expediret, vel locꝰ paratus nõ eſſet. ¶ † Opp. ꝙ cõſigna-
tio nõ ſufficiat: vt. l. acceptã. ꝯ. de vſu. Sol. vt gl. ¶ Opp. ꝙ ſola obla
tio ſufficiat quoad pene euitationem: vt. ff. de arbi. l. celſus. in fi. ⁊. ĵ.
de ſuſce. ⁊ archa. l. j. li. x. Solu. vt gl. ⁊ primo ꝙ hic ſubaudiatur maxi
me. ſecundo. ꝙ hic ſit ſpeciale. Jſta rationẽ nõ habet, prima commu-
niter tenet̃, quantũ ad pene euitationẽ, vel dicendũ et ꝙ nõ tantum
hic conſiderauit pene euitationem: ſed etiam a principali debito li-
berationem ſecundum Cy.

¶ Additio.

Cum dubitabatur. ¶ Diuiditur in tres partes prin-
cipales: prima eñ ꝓuidet dño cõtra emphyteutã circa
alienationẽ iuris ſui. ſecũda emphyteute ꝯ dñm. Tertia
punit emphyteutã cõtra facientẽ. ſecũda ibi, ſed ne hac. tertia ibi: ſi
autẽ. aliter ſcõa pars ſubdiuidit̃ in tres: q2 primo prouidet emphy-
teote circa denunciationẽ ⁊ predictionẽ fiendã dño, ⁊ circa rñſionẽ
expetẽdã vſqꝫ ibi. Neceſſitatem. ibi ꝓuidet circa inueſtituram noue-
emphy. faciẽde vſqꝫ ibi, ⁊ ne auaritia. ibi prouidet circa pretiũ pro
inueſtitura recipiendũ. ¶ Caſus. Emphyteota põt vendere melio
ramenta rei, ⁊ ius ſuũ cui voluerit, ſi hoc cõuentũ fuerit. ſi aũt nihil
eſt conuẽtũ, debet denũtiare dño, ⁊ ei pro illo pretio dare ꝙ ab alio
reuera põt habere: ⁊ ſi dominus per duos menſes expectatus nihil
reſpõderit. põt emphyteota alij iure nõ prohibito vendere, ⁊ cogit̃
dñs emptorẽ inueſtire per ſe, ⁊ nõ per ꝓcuratorẽ, nec poteſt ꝑ hac
inueſtitura vltra quinquageſimã eſtimationis exigere, ⁊ ad ipſum
recipiendũ ⁊ inueſtiendũ vltra duos menſes nõ põt differre, ⁊ em-
1 phyteota aliter vendẽs, cadit a iure ſuo. h. d. ¶ † No. ex prima par-
te pactũ circa poteſtatem alienãdi initum eſſe ſeruandũ: vt. ꝯ. l. pri.
¶ Jtem no. ꝙ cõtractus iſte ⁊ pacta in eo inita, debent probari per
2 ſcripturã. concor. ꝯ. co. l. j. ¶ † Jtem no. ꝙ inſtrumẽto perdito, per
teſtes nõ probatur cõuentio, qd intelligit gl. niſi teſtes deponãt de
inſtrumento. ⁊ cõtentis in eo. ar. ꝯ. de fid. inſtr. l. emãcipatione: quia
not. ꝙ hic habes ꝙ vbi ſcriptura eſt eſſentia rei geſte, ſi ſcriptura eſt
deperdita, ⁊ nihilominus res geſta põt ꝓbari per teſtes deponẽtes
de ſcriptura: ⁊ ꝙ ita cõtinebat̃ in ea. ⁊ ſi iſtud vltimũ qd ita contine
bat̃ in ea, nõ probãt, nihil agũt. ⁊ idem ſi de ſcriptura nõ deponunt.
quod tene menti. pro his que dixi in. l. quoniam. ꝯ. de here. vbi vide.
3 ¶ † Sed iuxta primuꝫ quero, pone ꝙ per pactum data eſt poteſtas
emphyteote vẽdendi cuicũqꝫ voluerit, an poterit abſqꝫ cõſenſu do-
mini. Jac. but. vt refert Spe. in ti. de emphyteuſi. §. nũc aliqua. ver.
xciiij. tenuit ꝙ nõ quaſi licentia intelligat̃ data ſm formã. ꝯ. de inoff.
teſt. l. ſi qñ. ſed tene contra, vt verba aliquid operent̃. l. ſi ſtipulatus.
ff. de vſu. ⁊. l. ſi quãdo. de leg. j. ⁊ per iſtum tex. in prin. fateor bene ꝙ
remiſſio quinquageſime partis ex illis verbis facta nõ intelligit̃. ⁊
4 hec forte fuit mens Jac. predicti. ¶ † No. ex ſecũda parte. ꝙ vbi nõ
tenet pactum, nõ poteſt emphyteota vendere, niſi prius denuntiet
domino. ¶ Jtẽ no. ꝙ dño volente emere, emphyteuta non tenetur
5 de pretio aliquid relaxare, niſi aliter fuerit cõuentuꝫ. ¶ † Jtẽ no. ꝙ
dñs habet duos menſes ad deliberandum, ⁊ reſpondendũ an velit
emere, vel nõ, quod tene menti: quia ſm iſtum tex. intelligit Cyn. et
Bar. tex. ff. de ver. obli. l. qui Rome. §. coheredes. ¶ Jtem no. ꝙ iſta
predictio non requirit̃ vt fiat in iudicio: vt hic patet. ⁊ no. gl. in. d. §.
coheredes. ¶ Jtem no. ꝙ ſi dominus permittat labi hoc tẽpus ad
reſpondendum datum, qd perinde habetur ac ſi diceret ſe non velle
emere. ¶ Jtem no. ꝙ perſonis a iure prohibitis non poteſt vendi.
Apparatu, huius partis volo prius expedire, ꝙ veniaꝫ ad ſequen-
6 tem partem. ⁊ quero cũ gl. ¶ † An emphyteota poſſit donare irre
quiſito domino: ⁊ dicit gl. ꝙ ſic: q2 venditio eſt hic prohibita ꝓpter
effectum quo quis habet pretiũ, cum igitur hec ratio ceſſet in dona
tione, debet ceſſare iuris diſpoſitio. arg. ĵ. de libe. prete. l. j. cum ſi. pro
hoc inducit ſpecialiter tres. ll. videlicet, inſt. loca. §. adeo. ⁊, ĵ. de ꝓdi.
cu. l. fi. lib. x. ⁊ ĵ. de fun. pat. l. j. li. vj. hoc poteſt confirmari ex eo: quia
hic requiritur vt dominꝰ dicat an velit rem habere emptã pro eo-
dem pretio, ⁊ ſi nõ eſt pretium, ac requireretur an vellet habere do-
natum, nullus dubitat quin ipſe diceret ꝙ ſic: ⁊ tamen non precede
ret mandatum. Jſtam partem etiam tenet Spe. vbi. ꝯ. ver. cvij. ⁊ eã
quandoqꝫ ſecutus fuit Cy. ſed poſtea mutauit opin. in addi. ⁊ bene:
quia caſus eſt in. l. ij. ĵ. ne rei do. vel tem. ibi, vel alio modo ⁊c. ⁊ dicit
ipſe ꝙ licet dominus non debeat requiri an velit habere donatũ,
tamen debet ei predicere ꝙ vult donare tali: vt dominus illũ in em-
phyt. ſuſcipiat, ſi eſt idoneus: vt hic in verſ. neceſſitatem. ⁊ etiam vt

habeat quinquageſimã eſtimi:vt in ver.⁊ ne auaritia.vbi no.tex.di
ſtinctiue dixit quinquageſimã partẽ pretiũ, vel eſtima.quaſi innuat
qꝺ vbi nõ vendit,⁊ ſic pretium non interuenerit,tunc eſtimet.ad.l.
alleg.per gl.reſpõ.ꝙ.l.ſi.j.de pred.cu.loquitur in caſu ſpeciali.Sed
melius dic,ꝙ hec alienatio eſt ꝓhibita ſine domini cõſenſu:vt hic
in prin.ibi.venditio tamen ⁊ rationes noſtre prohibitionis.ſ.dixi.
ad.l.j.j.de fun.pat.reſpõdet.qꝺ ibi in emphyteota principis,vel rei-
pub.in quo faciliter permittitur:q2 poſſeſſor authoritate legis con-
uenitur:vt.ſ.ſine cen.vel reli.l.j.⁊.l.ſi.Sed ille qui recipit ab emphy
teota priuati,non poſſet conueniri a primo domino:q2 cum eo non
cõtraxit,licet ſi nõ ſoluat,poſſit repelli,⁊ ab eo res vendicari:vt no.
in.l.prece.ideo voluit iſta qꝺ nõ transferat ius ſuum ad aliũ.niſi per
quem intelligat ſeruus habere a domino.⁊ cũ eo contrahere.Ad.§.
adeo.reſpondet.qꝺ ille tex.debet intelligi ſm predicta.hec opinio
mihi placet.ſed nihilominus gl.poteſt tolerari.vt ſi donet domino
irrequiſito,nõ propterea incidat in penam huius legis,dummodo
vadat ad notificandum domino, ⁊ quinquageſimã offerat,⁊ dona-
7 tarius petat ſibi inueſtiturã fieri:⁊ hoc faciat ſine mora. ¶†Que-
ro.an domino irrequiſito poteſt pignorare.gl.dicit quod ſic:q2 pro
prie non alienat,nec ius ſuum transfert.arg.ff.de pign.act.l.ſi tutor.
§.ſi.⁊.ff.de pig.l.lex vectigali.⁊ ita tranſeunt omnes. ¶Audiui tñ
vnum ſolemnẽ doc.tenentez qꝺ ſi res erat eccleſie,nõ poterat pigno
rari,nec hypothecari per aut.hoc ius porrectũ, ⁊ aut.qui res iam
dictas.ſ.de ſac.ſanc.ecc.ſed nõ video quomodo ille.ll.probent hoc:
q2 in adminiſtratore eccleſie loquunt.⁊ non in emphyteota: q2 ius
ſuum tantum pignorat,⁊ hypothecat,⁊ non alienat:quia nõ poſſet:
aliud in re feudali:vt in ti.de prohi.feu.alie.per Frede.c.imperialẽ.
§.j.¶Querit gl.quando donat,qualiter dominus petat penſionẽ.⁊
reſpon.vt in ea:ſed caue.quia queſtio ⁊ reſponſio procedunt habito
reſpectu ad determinationem prime queſtionis:ſed illam nõ tenui:
8 ideo vide qꝺ ibi dixi.¶†Querit gl.dominus nõ reſpondit,vel em-
phyteote dixit,vt cui vellet venderet,an debebit vendere ſaluo iure
domini vel ſufficiat ꝙ ius emphyteoticum vẽdat.gl.nõ reſpondet.
⁊ forte q2 inter hec non eſt differẽtia:ſed dubium eſt ſi fundum ſim
pliciter venderet:an tũc dicatur vendere pleno iure,an ſolummodo
ius qꝺ habet:⁊ iſto caſu dicunt Pet.⁊ Cy.ꝙ ſimpliciter vendendo,
videtur ſolum vendere ius qꝺ habet:vt.l.qui tabernas.ff.de cõtra-
hen.empt.ſecus ſi pleno iure vendat.Idẽ tenet Speculator vbi.ſ.
ver.xciiij.per eam.l.qui tabernas.⁊.l.ſi finita.§.ſi de vectigalibus.ff.
de dam.infe.ego aũt dico ꝙ ſi vendit fundũ vt emphyteota,vel vt
ſuperficiarius,vel fundũ cum qualitate ſua,ſeu verba aliqua protu
lit,ex quibus colligi poſſit eum plenum ius nõ habere:tunc tantum
vẽdere videatur:vt.ll.ſ.alleg.aut vendit vt quilibet, nihilo in con-
trarium apparẽte.⁊ tunc pleno iure videtur vendere:vt dixi in.l.j.in
ſi.ſ.de contrahen.emp.vbi vide.Sed de conſuetudine iſte venditio-
nes non fiunt hodie:ſed renũtiat emphyteota omni ſuo iuri in ma-
nibus domini,⁊ ipſe poſtea inueſtit hunc nouum emphyteotam.
9 ¶†Querit gl.ſi ſecũdus emphy.vendit rem,an primi emphy.con-
ſenſus requiratur:an verbũ domini directi.⁊ cõcludit qꝺ domini,et
bene.per rationes in ea cõtentas,⁊ ꝑ hoc induco in ſimili.l.filiũ.ff.
10 ad mace.¶†Quero ab extra.an res emphy.poſſit in dotem dari.⁊
videtur ꝙ ſic:vt inſti.loc.§.adeo.ſed dic latius.aut mulier ipſa in cu
ius perſona reſidet,eſt illa que dat in dotẽ.⁊ poteſt:dũtamẽ eo mo-
do ⁊ iure ſit apud eã quo prius erat:aut pater dat ꝑ filia,⁊ idem:vt
eodẽ modo ſit penes filiã,quo erat penes patrẽ.ar.extra de don.in-
ter vi.⁊ vxo.c.nup.⁊ ſicut in ꝑſona patris finiebat:ita ⁊ nũc finiet.et
ad dñm reuertet,niſi filia fuerit de nouo inueſtita.In cõtrarium fa
cit.quod non finiatur.facit.j.commu.de leg.aut.res que.ſed ibi di-
uerſus eſt caſus: nam ibi direct⁹ dominus debet habere quinqua-
geſimam.dic ꝙ ſi eſt data eſtimata,ita qꝺ datũ pretiũ a domino in-
telligat in dotem,conſenſus domini eſt neceſſarius,⁊ quinquageſi-
mam habere debet,vt hic.ſi autẽ eſt data ineſtimata,vel ſi eſtimata,
nõ tamẽ tali eſtima,que habeat vim emptionis,tunc eſt maius du-
bium:q2 in maritũ videtur tranſlatum dominiũ.l.doce.ſ.de rei ven.
tamen Spe.vbi.ſ.ver.cix.ver.ſeq.dicit qꝺ nec conſenſus domini eſt
neceſſarius,nec quinquageſima ei debetur:q2 res naturaliter rema-
net in bonis mulieris:vt.j.de iure dot.l.in rebus.Mar.de fa.con-
ſuluit quod domini conſenſus interueniat, ſi filia nõ eſt in poteſta-
te.argu.j.de pact.conuen.l.ex morte.⁊ ad maritũ ſpectat onus ſol-
uende penſionis:vt.ſ.de pact.l.ex conuentione.⁊.ſ.ſine cen.vel reli.
l.j.⁊.ff.de impen.l.neqꝫ.⁊ eo non ſoluente,res cadit in commiſſum:
11 vt.ff.de pig.l.lex vectigali.¶†Quero.an res emphyteotica poſſit
alteri legari domino irrequiſito. dicit Specul.quod ſic: maxime ſi
erat talis res que ad heredem eſſet tranſitura:vt.l.in conuentioni-
bus.de verbo.ſignifi.ff.item quia legatum habet inſtar donationis:
vt.ff.de lega.ij.l.legatum.ſecus in re feudali:vt.d.c.imperialem.de
prohibita feudi alienatione.per Frede.an tamẽ legatarius debeat
petere ſe inueſtiri,⁊ quinquageſimã ſoluere,vide que.ſ.dixi de do-
na.¶Sed attende:quia videtur ꝙ legatum ſit inſtructorium:quia
cum emphyt.ſit finita in perſona legantis per eius mortem,⁊ ſolũ

ius quod habet videtur legare:ſequitur ꝙ legatũ erit nullum: vt.l.
vxor patrui.j.de lega.ego puto verba cõceſſiõis põderãda:nã aut
cõceſſio eſt facta per tantũ,ita ꝙ vltra eius perſonã non eſt duratu
ra:⁊ tunc puto ꝙ nõ poſſit alteri legari:vt.d.l.vxor.niſi forſan melio
ramẽta.aut vltra eius perſonã emphy.eſt duratura:⁊ tunc aut erat
conceſſa pro recipiente ⁊ heredibus ſuis,⁊ ſucceſſoribus,qꝺ quãdo
ſic cõcedi poſſit.dixi in.l.preced.in.xx.q.⁊ tũc legari poteſt:⁊ iſto ca
ſu nõ tenetur petere nouam inueſtiturã a domino,nec quinquageſi-
mã ſoluere:aut eſt inueſtitus pro ſe ⁊ heredibus,nõ adiecto illo ver
bo ſucceſſorib⁹:⁊ tũc ſi ille habebat a priuato, poteſt:ſed legatari⁹
tenet inueſtiturã petere:vt.ſ.per Spec.dixi,⁊ quinquageſimã ſol-
uere,aut habebat ab eccleſia: ⁊ tũc q2 illud verbũ ⁊ heredibus intel
ligitur.i.deſcẽdentibus ſm aliquos vſqꝫ ad tertiam generationem
tantũ,ſm alios in infinitũ:vt in.l.prece.dixi. hic diſtinguo:vt in ſe-
quenti membro:aut cõceſſio erat facta pro recipiente,⁊ eius deſcen
dentibus,vel pro ſe filijs ⁊ nepotibus:⁊ tũc aut legauit extraneo,et
nõ in preiudicium filiorũ,vel nepotum.ar.ff.de lega.ij.l.peto.§.pre-
dium.⁊.§.fratre.nec etiã forte tenet legatũ.niſi reſpectu melioramẽ
torũ:vt.d.l.vxor.aut legauit vni ex deſcendentibus:⁊ tunc aut pro-
ximiori in gradu:⁊ valet in totum.ſi nullus alius erat in eodem gra
du:q2 ⁊ ille abſqꝫ legato eſt habiturus.⁊ pro hoc accedat.ff.de leg.ij.
l.cũ pater.§.cũ inter.ſi alius fuiſſet in eodẽ gradu dubitari poteſt:⁊
videtur ꝙ vni aſſignari poſſit.ar.ff.de aſſi.lib.l.j.⁊.j.de ſec.nupt.l.fe
mine.in princ.⁊.ff.de leg.ij.l.cũ pater.§.rogo.Sed teneo contra ſm
Bart.vt ipſe not.in.l.vt Iuriſiurandi.§.ſi liberi.ff.de ope.lib.q2 con
tra cõuentionem habitam cum cõcedente venire nõ poteſt,per quã
ad filias peruenire voluit,ſic ad omnes pariter.cum ei electionẽ nõ
dederit.⁊ per hoc accedat.l.cuz pater.§.ſi.de leg.ij. Et ex hoc quod
d.ll.nõ ob,predic.l.femine.eſt hodie correcta per aut.lucrum.ibi po
ſitam,que pro hac parte facit.aut legauit.vlteriori in gradu omiſſo
proximiori:puta nepoti omiſſo filio:⁊ iſte caſus videtur dubius:nã
videtur ꝙ teneat,quaſi ei data ſit electio relinquendi cui ex his vo-
let.arg.ff.de lega.ij.l.cum pater.§.rogo. In contrarium fortius fa-
cit in ea.l.cum pater.§.fin.⁊ hoc puto verius:quia ordine ſucceſſiuo
intellligitur conceſſio facta:vt dixi in.l.prece. in.xvij.queſtio.⁊ ideo
electionem non habet:vt dicto.§.fin.non ob.§.rogo.quia ibi ex ver-
bis apparet ei data electio:Ex predictis apparet quid dicẽdum in
12 herede inſtituto.¶†Quero ſicut emphyteota non poteſt vendere
irrequiſito domino:an idem ſit econuerſo:vt dominus nõ poſſit ir-
requiſito emphyteota:videtur idem ratione equalitatis ſeruande.
argu.ff.de in diem addic.l.neceſſe.⁊.j.de loca.predi.ciui.l.congruit.
lib.xj.Sed in contrarium eſt veritas:quia lege nõ cauetur,⁊ ſic ſtat
regula:quod vter nemine irrequiſito vendere poſſit:vt.l.dudũ.ſ.de
contrahend.empt.⁊ probatur.j.de loc.pred.ciui.l.predia.ver.ſane.
lib.xj.⁊ ex his apparet quod non ſunt equales: quia dominus ſu-
perioritatem obtinet quandam. nec ob.d.l.congruit.quia ibi in au-
gmento pẽſionis.quando quis conduxit ad tempus.quod no.⁊ eſt
ibi ratio:quia poſſeſſor antiquus expellitur,quod non facit emphy
13 teota.¶†Quero emphyteota volens vendere,debet requirere do-
minum ſi vult pro eo pretio ⁊c.quid ſi mentitus eſt de pretio: quia
magis dixit quam reuera eſſet,propter quod dominus dixit ſe non
velle emere:dic quod perinde eſt ac ſi requiſitio facta nõ fuerit.ar-
gu.ff.de in diem addic. l.eum qui emit.§.cum igitur.in ſi.⁊.ff.quib.
mod.pig.vel hypo.ſol.l.ſicut.§.non videtur.in ſi.⁊ ita tenet Spe.
vbi.ſ.ver.xcij.⁊ probatur hoc in ver.ſed ne hac occaſione.⁊ ibi pre-
dicere quantum pretium reuera ⁊c. vnde ſi aliter fecerit,a iure em-
14 phyteo.cadet.vt hic in ſi.quod not.⁊ cordi tenendum.¶† Quero
modo,que perſone ſunt ille de quibus hic dicitur, in quibus prohi
betur fieri alienatio.⁊ dicit gloſ.primo. ille que expreſſe in conceſ-
ſione ſunt prohibite:vt.ſ.de re.ali.non alie.l.ſi.vel ſunt prohibite a
lege:vt milites.⁊ curiales:vt.ſ.titu.j.l.licet.l.milites.⁊.l. curialis.et
addit Specu.vbi.ſ.verſi.xcvij. quod nedum milites, ſed capitanei
eccleſie,⁊ ſerui,⁊ omnes perſone que non ſunt idonee facilitate con
ueniendi.arg.ff.qui ſatiſda. cog.l.ij.Si enim permitteretur in eccle
ſiam transferri,efficeretur ſatis deterior conditio domini: quia non
poſſet eccleſia poſtea alienare,nec conditionem ſuam deteriorem fa
cere,⁊ ſic non faciliter incideret in commiſſum,nec ſic faciliter cõue-
niri poſſet,⁊ ſic duriorem haberet aduerſarium.Idem tenuit gloſſ.
in cap.potuit.extra de loc.ſtat ergo iſta concluſio.quod in potẽtio-
rem,⁊ ſic non idoneum in facilitate conueniendi,non poteſt aliena-
ri:quod fateor.niſi ille ſit cõſors in eadem re emphyteoti.Nam tũc
poteſt in eum partẽ ſuam alienare domino irrequiſito. arg.j.de ſi-
deicom.l.voluntas.eſt enim iam illius fides ⁊ perſona per concedẽ-
tem approbata:⁊ pro hoc etiam facit quod epiſcopus qui iurat bo
na epiſcopatus non alienare,poteſt illa capitulo ſuo donare:q2 non
exeunt de corpore eccleſie:vt no.extra de re.ecc.non ali.c.ſi.in cle.et
hoc videtur de mente glo.in.l.dudum.ſ.de contrahenda emptio.et
eſt expedita iſta pars.¶Tranſeo ad ver. neceſſitatem.ex quo not.
quod aliud eſt vendere melioramenta, aliud ius emphyteoticum,
vt in princi.huius.l.¶Item not.quod perſona in qua transfertur,
debet

vꝫ eſſe idonea nedũ in facilitate cōueniēdi:ſꝫ ēt in facilitate ſoluēdi.
15 ¶ † Itē no.ꝙ ſuſceptio huius noui emphyteote non pōt fieri per ꝓcuratorem.⁊ ſic quedam per noſmetipſos poſſumus,que per procuratorē nō poſſumus.ſic.ſ.de his qui ve.eta.l.ij.ſed in contrarium facit:qꝛ inueſtitura feudi per procuratorē pōt fieri:vt in ti.ꝑ quos fiat inueſt.c.j.verſic.ſed vtrū.Sed aliud in feudo,vt ibi.vel aliud in procuratore generali:vt hic.aliud in habente ſpeciale mandatū ad hoc:vt ibi,vel aliud in principali ⁊ primeuo:vt ibi.aliud in emptore:vt hic.¶ Item no.hic,vel per literas.ꝙ litere ſunt maioris po-
16 teſtatis ⁊ virtutis,ꝙ̄ mādatum procuratoris.¶ † Item not.ꝙ depoſitio facta corā iudice apud acta,non exigat teſtes,ſed facta coram tabularijs requirit teſtes.Ex verbo,⁊ ne auaritia.No.auaritiā
17 reprobari.¶ † Itē quinquageſimā a nouo emphiteota deberi domino.⁊ dicitur nouus,qui ſub priori inueſtitura non eſt comprehēſus,ideo ſi quis recipit pro ſe ⁊ filijs,⁊ nepotibus:filij nec nepotes non tenebuntur ad iſtam quinquageſimā,nec tenentur iſti nouam inueſtituram recipere,⁊ iſta eſt de mēte gl in aut.ſi quas ruinas.ſ. de ſac.ſanc.eccle.licet illud ſit in re feudali.Nam feudo finito ꝑ mortem prioris,tenentur ſequentes intra annũ ⁊ diem petere inueſtituram,vt in.x.col.in ti.quo tempore miles inueſtiturā petere debeat.
18 ¶ † Itē no.ꝙ tex.alternatiue dicit pretij vel eſtimationis:ideo dicunt doc.ꝙ hec pars ſecũda locũ hꝫ in donante,vt tunc res debeat eſtimari.⁊.ſ.dixi.Sequitur ver.Siaut nouũ.ibi attēdende.qđ dixerunt quidam ꝙ iſte ver.eſt ſuperfluus per ver.Si aũt duorũ,ſuperiꝰ poſitum,ꝙ non eſt verũ.nā ibi qñ dñs reqſitus an emere vellet,tacuit.⁊ nihil per duos menſes reſpondit,poſt quos lꝫ emphyteote vendere,⁊ poſtꝙ̄ vēdiderit,debet domino notificare,⁊ ꝓteſtari,vt illũ recipiat in emphyteotā,⁊ in poſſeſſionē inducat.qua petitione ⁊ proteſtatione facta,dominus hꝫ duos menſes ad ipſum recipiēdum,quod ſi facere ſuperſederit:locũ hꝫ iſte ver.⁊ ſic poterit emphyteota in emptorē ius ſuũ trāſferre.⁊ illũ vt vtat̃ ⁊ fruat̃ in poſſeſſionē inducere.⁊ hoc vult iſte ver.Sed dubitari poteſt an poſtea licebit morā domino purgare,⁊ penitere,⁊ quinquageſimā petere,⁊ puto ꝙ ſic:qꝛ litera iſta nō dicit ꝙ penā quinquageſime patiat̃ aliter recurrendũ eſſet ad materiam purgationis more,quā poſui in repe.mea.l.ſemel mora.ff.ſol.ma.⁊ eā forte ponā in.l.ſi pacto quo
19 penā.ſ.de pac.vel in.l.magnā.j.de ꝯhen.⁊ cōmit.ſtip.¶ † Nūc ſequitur ver.Sinaũt aliter.Et gl.noſtra opponit,ꝙ non cadet a iure ſuo quia inuito domino pōt vēdere:vt.ff.de vſufru.l.vſuſfructꝰ.Solut. aliud in vſufructu,vt ibi.Et forte eſt ratio.qꝛ vēditio huius iuris eſſet magni preiudicij domino.Itē ꝑ venditionē vſuſfructꝰ ſola cōmoditas nō ius trāſfert̃,qꝛ illud eſt ꝑſonale:⁊ ſeparari nō pōt a fructuario vt.l.ſi vſuſfructus legatus.ſ.finali eodem titulo.⁊.ff.de pe ri.
20 ⁊ commo.rei ven.l.neceſſario.ſ.ſi.¶ † Quero.an ipſo iure:vel ꝑ ſententiā cadat a iure emphy.gl.dicit ꝙ ipſo iure.Sed ꝯ hoc facit,qꝛ litera nō dicit cadit,per tēpus pñs:ſꝫ cadat qđ futurũ cōcernit:⁊ ſic per ſniam.vt.ſ.de iura.ca.l.ij.ſ.qđ ſi actor.⁊ ibi gl.⁊ patet in aut.principales.ad ſi.eo.ti.⁊.j.vñ vi.l.ſi qs in tātā.in ver.amittat.Et hoc fatentur quidā in vēditione.dicētes eſſe de mente Inn.in capitu.potuit.extra de loc.¶ Ego puto gl.iſtā verius dicere.per ea ꝙ̄ dixi in l.prece.in.iij.q.vbi dixi qđ per ceſſatā ſol.triēnij.cadit ipſo iure.qđ ſi ita eſt ergo ⁊ hic:cũ hec duo ponant̃ ſub eadē cēſura,in.d.c.potuit. Secundo:qꝛ hoc eſt grauius delictũ illo,qꝛ hoc in cōmittendo,id in omittēdo,igitur ſi ibi cadit ipſo iure,fortius hic.Tertio,qꝛ emphyteota alienando conſentit in iure a ſe abdicādo.Ideo faciliꝰ dꝫ priuari eo.Non ob.l.in ꝯtrã alle.qꝛ ibi pena cadētie iure ſuo imponit̃ actui iudiciario,hic cōtractui,⁊ facto extra iudicium geſto:⁊ ſic per hāc.l.imponit̃.vt.ſ.loc.l.ſi.⁊ intelligo qđ cadit volente dño: vt in.l.prece.in prin.Et eſt rō,qꝛ hec cadētia cōcernit eius fauorem, ſi autē queris in emptore,vel acceptore,tunc qꝛ contractus non tenet qꝛ contra formā huius.l.factꝰ,dicēdũ eſt illum cadere ipſo iure:vt aut.qui res res iam dictas.cũ ibi no,ſ.de ſac.ſanc.ec.cũ ibi no.⁊ hec
21 ſunt magni effectus.ꝓpter ſequentia.¶ † Quero ab extra.pone qđ vendidit domino irrequiſito:ſed nō tradidit,an cadit in cōmiſſum? Spe.vbi.ſ.ver.xcv.dicit qđ non:qꝛ verba debent intelligi cum effectu:vt.ff.quod quiſqꝫ iur.l.j.ſ.hec aũt verba.⁊ extra de cle.non reſi. c.relatũ.ſꝫ venditio non dicitur perfecta ante traditionem,vt inſtit. de re.diui.ſ.vendite.⁊ extra de fide inſtrum̄.c.cum Ioannes.circa prin.pro hoc etiam adduci poteſt,qꝛ nudo conſenſu ab ea recedit̃.⁊
22 pro non facta habetur,vt.ff.de pac.l.ab emptione.in prin.¶ † Quero,quid ſi etiam tradidit,ſed poſtea informatus de periculo, illam recuperauit:dicit Spe.in ver.xcvj.quod de iuris rigore penam cōmiſſi non euitat:quia ſufficit ſemel dolum commiſſum fuiſſe.ff.de po.l.j.ſ.ſi rem.⁊ de preſcript.ver.l.rogaſti.⁊ qꝛ ex tali penitentia nō deſinit eſſe nocens:vt.ff.de edil.edic.l.quis ſit fugitiuus.circa princ. ſed de equitate dicit penam euitare.arg.extra de reb.eccle.nō alienandis.capi.ſi quis preſbyterorũ.⁊.ff.de alienatione iudicij mutandi cauſa facta.l.ex hoc edicto.ſ.ſi quis alienauerit.⁊ ita tranſit Ioannes Andreas Addit tamē quod in feudo eſt bene expreſſum, vt illud iure feudi non retineat nec penes eum remanet ſi illicite alienauit:vt in tittulo quid iuris ſi poſt alie. feu.vaſa.id recu.forte quod in materia noſtra queſtio iſta dependet a queſtione.iij.ſ.priori. nam ſi teneamus quod eo ipſo quod vēdidit ⁊ tradidit ipſo iure cadit a iure ſuo emphyteotico:tunc videtur cum executio pene eſt facta ipſo iure a lege,⁊ penitentia nihil operet̃. ar.ff.de condi.inde.l.qui ob rem.⁊ de ꝯhenda emp.l.qui fundũ.⁊.ff.de act.⁊ ob.l.traiectitie. ſ.de illo.in ſi.⁊ de lega.ij.l.ſi is cui.ij.reſpō.Si autem teneamus quod non ipſo iure,ſed ꝑ ſententiam cadat a iure emphy.tunc ſit locus penitentie ipſius facti purgatorie, vt in themate noſtro.¶ Vel dic,qđ licet cadat ipſo iure,qꝛ tñ intelligitur ſi dominus voluerit: dicēdũ eſt quod ſi ante declaratam domini voluntatem emphyteota reꝫ recuperauit,quod ſufficit,vt penam cadentie euitet:non ſi poſtea, ⁊ hoc ideo:quia ſic eſt, vbi omiſit ſolutionem facere,vt dixi in.l.prece.ergo ⁊ in iſto caſu,cũ ambo ſub eadem forma ponantur,⁊ pro hoc ſpecialiter induco c.potuit.extra,de lo.referēdo exceptionem ibi poſitam de celeri ſatiſfactione,ad vtrunqꝫ caſum precedentem . Nā tunc dicitur celeriter ſatiſfeciſſe debito venditionis.quam fecit.

1 ☞ Vendere perſonis prohibitis non licet.
2 Emphyteota eccleſie an poſſit donare ſaluo iure eccleſie.

¶ Lex tertia.

Cum dubitabatur. Emphyteota poteſt ius ſuũ
a vēdere[a], vel non ſecũdũ tenorem pactorum ceſſante autem pacto ſuper hoc,dominus eſt requirendus an velit emere pro tali pretio quod ab alio inuenitur:⁊ expectandus eſt per duos menſes, ⁊ ſi non vult emere,ſed cōſentire debet pro conſenſu inueſtiture noui emphyteote habere quinquageſimam,⁊ ſi nō vult emere.vel conſentire,licitum eſt emphyteote poſt duos menſes iura ſua vendere perſone non prohibite , ⁊ ſi aliter,vel alij vendat, quam liceat,ſua iura perdit.hoc dicit.¶ No. ꝙ pacta appoſita cum ſuperiore ſint ſeruāda.
1 hoc dicit.¶ † Secundo no.quod non licet vendere perſonis prohibitis.de verborum oblig. l.ſi ita quis.ſ.ea lege.in gl.¶ Tertio nota.ꝙ nouus emphyteot . nouam debet facere promiſſionem.¶ Quarto not.quod nouo emph. noua ſit inueſtitura.i.traditio corporalis,⁊ via de qua apparet inſtrumentuꝫ.¶ Quinto no. quod quinquageſima.¶ Vltio not.quod ius b emphy.eſt fragile.⁊ perditur,ſiue fiat contra
2 pac.ſiue cōtra legem.que tene menti.¶ † Op. quod per pactum non poteſt impediri alienatio.ſ.de condi.ob cau.l.ea lege Solu.ibi de re que erat in plena diſpoſitione alienationis de re emphy.que non eſt in dominio emphyteote.niſi ſub quaſi poteſtate limitata.¶ Oppo.
b quod emphy.[b] poſſit alienare ſuas commoda
c tas.[c] l.neceſſario.ſ.ſi.ff.de periculo ⁊ commo. rei vend.Solu . retento ſibi vtili domino , poteſt alienare commoda ſua,vt ibi.ſed ſi non re- c ſeruat ſibi aliquid, non poteſt . ¶ Oppo-

a ¶ Vendere.An emphyteota vel colonus vendens rem tanꝙ̄ propriam.poſſit expelli,an non,vide Bal.in.l.ij.in vlti.col.ſ.eod.ſed qd ſi emphyteota alienauit,⁊ redemit,an penam euitet.Vide Bartol. in.l.ſi quis libellos.j.de appella.⁊ in.l.ſequitur,ſ.idem Labeo.ff.de vſucapio.Bar.in.l.ſi inſulā. i vl.q.ff.de ver.ob.quid ſi cōcedo in emphyteoſim ꝑ te, ⁊ cui vis tuũ ius concedere, dic ꝙ hec .l.non hꝫ locũ,vt no. Bal.i.l. cũ eſſent.ſ.ꝑ pluriũ.in ſi. ff.de ſer. ruſti.pred.ad hoc text.in.c.j.de feu. nō hab.pro natu. feu.vide Spec.in ti.de emph.ſ.nūc aliqua.ver. xciiij. vbi refert Imo.i c.potuit.extra de loc.Itē an poſſit dñs contradicere alienationi,ſi emphyteuticariꝰ vellet alienare in potētiorē.vid Imo. qđ ſic in.l.ſi finita.ſ.ſi de vectigalibus.ff.de dam. infe.qd ſi emphyteota vēdidit, ſꝫ non tradidit, an cadat a iure ſuo Spe.tenet ſin.ꝙ non.in ti.de emphy.ſ.nūc aliqua verſi.xcv.⁊ ſequit̃ Io.an.⁊ Ant.de bu.in ca.potuit.⁊ ibi vide Pan.de lea.ſꝫ Imo.ibi ꝯ. ꝙ no.⁊ cũ opini. Spe.vr̃ cōcorda. bal.i.c.j.ſ.aut ſi libellario.in vl.co. qb.mo.feu.amit. ⁊ in c. imperialē. i.j.co de ꝓhi.feu. alie.ꝑ.Fred . ⁊ ꝑ iſta opi. conſului apud Rauennā. ⁊ Bald.in. c.j.ſ. deniqꝫ.ꝙ̄ fuit prima cā bñfi.amit. Sal.hic trāſit cũ Spe.Et qd ſi vēdens vel donans induxit in poſſeſ. ſuc.ſine conſenſu dñi,vide Imo.in l.ſi domus.ſ. ſi.ff. de leg.j.
b ¶ Op.ꝙ emphy. ⁊c.Nota . ꝙ emphy.poteſt alienare ſuas cōmoditates,retēto ſibi vtili dominio. vide tex.⁊ Bald. i.c.j.ſ.quid ergo. de inueſt.de reb. alie.fact . Andr. Barb.
c ¶ Comodatas. Vide Bal.in.c.j. in prin.de prohi. feu.i ali.per Freder.⁊ Bal.in.l.j.j.ſi pig . pig. daſit . ⁊ Baldus in.c.que in eccleſiarum.de conſtit.extra.⁊ an vnus emphyteuta poſſit alium emphyteutam in ſua emphyteuſi ponere.id eſt ſaltem locare ad magnum

tempus,⁊ quid in feudo.vide Bal.in authen.niſi.ꝭ.ad trebe.⁊ doc. maxime Imol.in.c.potuit.extra de loca.Et an emphyteuta poſſit vſumfructum in re emphyteutica conſtituere,vide per Bal.in.l.j.§. item in fundo.ff.quibus mod.vſuſfructus amittatur. Quod autē id emphyteute liceat probat optimus tex.melior ꝺ toto corpore iuris in.l.ſi domus alicui.§. ſꝫ ⁊ ſi non a municipibꝰ.ff.de lega.j.⁊ ibi gl.ſuper ver.habemꝰ. circa med.ad hoc tamen neceſſario 3 requirendus eſt domini cōſenſus tex.formal.⁊ ro. in.l.vlt.C.de iure emphy.facit bo. tex.in.c.j.§.donare.qui.olim.feu. alie.pot.ī vſi.feu. Bal.ſibi cōtrariꝰ in.c.j. de ſuc.feu. Augu.ber oīꝰ li. ſingu.q.c.xcv.nu. 3.⁊.4.vbi hāc opinionē concluſiue tenet,⁊ iſta eſt veritas,tametſi ipſemet Bal.in.c.j.§. quid ergo.de inue.de re alie.fact. in vſi.feu.⁊ Ale. Innoc.tenuerint contrarium.Sed Bal.⁊ Lud.bol. merito reprehenſus eſt in ſingulari.602.

noꝰ.ff.de pigno.l.lex vectigali.Sol.pignus permittitur,ſed alienatio prohibetur.❡ Oppo. ff.de contrahen.emp.l.qui tabernas.Sol.illa debet intelligi ſecundū iſtam.Et opp.de leg.j. l.ſi domus.§.fi.Sol.ibi in legato.ff.de verborum ſigni.l.verba contraxerunt . ❡†Nunqdᵇ emphyteota eccleſie poteſt donare ſaluo iure eccleſie:videtur quod nō:vt.ꝭ.ne rei do.vel tē. l.vniuerſas.⁊ ita conſuluit Bart.⁊ peſſime ſi dixit alienatio:ſaluo iure eccleſie,ſed ſi non facit mentionem,ſed ſimpliciter ſine commemoratione dixit dono,vel alieno.tunc loquitur.l. contraria:quia poteſt vergere in detrimentū eccleſie:ideo lex illa vniuerſalis prohibet talē contractum,⁊ ideo etiam in teſtamento debet dicere,lego ſaluo iure eccleſie,vel lego hāc rem,tanquam emphyteoticam eccleſie: ſed ſi non eſt eccleſie,ſꝫ alicuius priuati ſufficit dicere ſimpliciter,lego,dono.vel alieno:nam intelligitur ius ſuperioris exceptū.ꝭ.de leg.l.vxor patrui.❡Ego Bal.frenum impono ori meo, ⁊ in iſto quarto nolo ampliꝰ inſiſtere ⁊ loqui. Scio enim per quam nimium me locutū eſſe: ſed qui abundāt non ſolent vitiare ſcripturas, ſed implere ciſternas intelligentium. Bal.

❡Explicit Lectura Baldi de Peruſio ſuper quarto Codicis.

a ❡Oppo.Emphyteuta poteſt pignorare.⁊ vide hic gloſ.⁊ que dixi poſt Bal.in.l.j.ꝭ.que res pig.⁊ gl.⁊ doc.in .c.potuit.extra de loc.Et oppo.emphyteuſis poteſt legari,vide quod ſequitur.⁊ per doct.in c.potuit.extra de loca.

b ❡Nunquid.vide quod no.Bal.in rub.ꝭ.eo.poſt prin.dum tractat de contractu precarij.⁊ dixi hic poſt Barto.⁊ Imol.poſt Bal.in.l. vſufruc.ff.ſolu.matri.Quid ſi dico,alieno ſaluo conſenſu domini,vide Bald.in.l.j.ꝭ.de his que pen.no.⁊ omnino Bal.in.c.j.§.fi.in vlti. col.que fu.principa.cauſa benefi.amit.⁊ in.l.vſufru.in verſi.adde qꝺ Bar.ff.ſol.mat.vbi loquitur de emphy.qui alienat ſaluo canone.et facit iſte tex.in ver.quātum pretium ab alio reuera accipi poteſt ad q.de qua per Bald.in.l.ij.in fi.ꝭ.de reſcin.ven.⁊ an in caſu huius.l. poſt duos menſes poſſit dominus moram purgare emphyteuticario iure nondum vendito.Pau.de ca.dicit ꝙ ſic.in.l.q Rome.§.coheredes.ff.de verborum obligationibus.alleg.l.ſicut.§.ſi voluntate.ff.quibus modis pignus vel hypotheca ſoluitur.⁊ an in caſu huius.l.priuetur emphy.ipſo iure,vide gl.hic.⁊ Imo.in.c.fina.de preſcrip.⁊ Sali.hic tenet quod ipſo iure,volente domino,⁊ an illud qꝺ ſoluitur hic pro quinquageſima,ſeu pro reuocatione:debeatur vſufructuario,vel ꝓprietario.⁊ an veniat appellatione penſionis,vide per Io.an.in addi.Spec.in ti.de emphy.§.nunc aliqua.in addi.inci.propter id quod dictum eſt ⁊c.

b ❡Nunquid emphy.No.quod emphyteuta eccleſie poteſt legare,ſaluo iure eccleſie,vide Bal.in.c.j.§.donare.quali.olim feu.po.ali.⁊ in aut.quas actiones.ꝭ.de ſac.ſanc.ec.vbi pulchre loquitur.⁊ nota qꝺ Guil.de cu.in.l.ſi noxali.§.fi.ff.de pecu.ſingulariter dicit quod licet iſta.l.prouideat quod emphyteuta volens ius emphy.alienare,non poteſt alienare:niſi primo dominum requirat : quia aut totum ius emere compellitur,aut nihil,procedit in domino ſerui.⁊ in heredibus domini.tamē heredes poſſunt partē tenere.licet in domino hoc nō fuerit.arg.l.cū ſolꝰ.ff.de acq.he.⁊.l.legatariꝰ.de le.j.viꝺ Alxod.in preal.l.cum ſolus.licet Raph.in.l.legatarius.aliter dicat.A.B.

c ❡Non contrahitur ſimonia.Adde Bar.⁊ Alexā.in.l.Titio.§.j.ff. de condi.⁊ demonſtra.⁊ eundem Barto.in alleg.l.ille autem.in vlt. opp.ff.de here.inſti.

d ❡Itē qñ nō deficit.Vide Bal.in addi.Spe.ī ti.de ſpō.in.c.j.de ſpō. in.vj.⁊ nō ꝓbāt hoc dictū.⁊ vide Ang.q facit illā gl.fin.ꝙ tutor pōt capere pecuniā vt copulet pupillam matrimonio,vide gl.xxxij.q.ij. c.honorant.vbi dicit ꝙ ꝑ mr̄imonio poteſt exigi pecunia,nec eſt ſimonia.vide plene dominum Abba.in capit.cum in eccleſijs.de ſimo.vbi dixi,vide gl.in.c.quicquid.in.q.j.⁊ que dixi in rubr.de ſimo. Alud.Barb.

# BALDI PERVSINI Iuriſconſulti Clariſſimi, in Quintum Librum Codicis Iuſtiniani interpretatio.

## ❡De ſponſalibus,⁊ arris ſponſalitijs,⁊ proxeneticis. Titu.j.

1 ☞Rubrica hec tangit tria.que ſint illa vide.
2 Simonia non contrahitur in matrimonio interuentu pecunie.

❡Dictum eſt.ꝭ.de contractibus rerū.i.qui celebrantur ſuper rebꝰ ſequitur videre de contractibus perſonarū.i.qui celebrant ſup perſonis.Ideo ſicut in contractibus rerū res appellat materia,ſeu cauſa materialis:ita in contractibus perſonarum perſona poteſt dici materia,ſeu cā materialis:vt.ff.de contrahen.emp.l.in vēditionibꝰ.
1 ❡†Et no.ꝙ iſta rub.tangit tria.primo de ſponſalibus contrahendis,vel diſſoluendis.ſcꝺo de arris.ſ.tradendis,vel perdendis.tertio de proxeneticis.i.de ſalarijs mediatorum.quibus mediantibus perſone veniunt ad conſenſum ſiue complexū.de hoc vltimo nō tractatur hic in nigro.ſed patet per hoc vltimum,ꝙ interuentus pecunie
2 vel alterius rei eſt permiſſus in ſponſalibꝰ ⁊ matrimonio.❡†Vñ in matrimonio,per interuentum pecunie vel alterius rei nō cōtra-
c hitur ſimoniaᶜ.❡Adde quod no.ff.de here.inſti.l.ille autem.et qꝺ habes.ꝭ.eo.l.ſi pater pactum.⁊ quod no.ff.de neg.geſt.l.qui ſine.

1 ☞Sponſalia quedam habent figuram eſſe,⁊ non habent eſſe:quedam habent figuram eſſe,⁊ ſubſtantiam eſſe ⁊c.vide exempla.2.
3 Sponſalia de futuro contrahuntur dupliciter ⁊c.4.
5 Deſponſata Titio,poteſt nubere Seio.
6 Sponſalia prima an liceat infringere.7.
7 Verba de preſenti,quid ſi interueniāt in ſponſalibus de futuro.
9 Quid ſi interueniant verba de preterito.

❡Lex prima.

### ALij deſponſata.

1 †Premitte ad euidentiam,ꝙ ſpōſalia quedam hn̄t figurā eſſe,⁊ nō hn̄t eſſe:vt quādo deficit conſenſus:vt.ff.e.l.in ſpōſalibus.§.j.vnde infantes,nec per ſe,nec per alium poſſunt ſponſalia contrahere
2 c.j.de ſpon.in.vj.❡†Item quando nō
d deficit conſenſus,tamen deficitᵈ potentia de iure,vt q꞉ contrahunt inter perſonas inter quas nō pōt cōtrahi matrimoniū:vt īter cōſanguineos ⁊ affines:⁊ tunc talia ſponſalia nihil operant.preter vnū effectum tm̄:q꞉ ex his orit ſeu inſurgit impedimentū iuſtitie ⁊ publice honeſtatis,vñ ſi ꝯxi ſpōſalia cū ꝯſanguinea mea in quarto gradu:lꝫ matrimoniū,nō teneat,niſi ex diſpēſatione pape.c.j.de ſpō.in.vj.⁊ hoc ſtatuit eccleſia:q꞉ ſic ſibi placuit,de iure tn̄ naturali vl̄ ciuili nō reperitur hoc impedimētū.❡Quedā ſunt ſpōſalia,q̄ hn̄t figurā eſſe,et ſubſtantiā eſſe,⁊ hoc dupliciter:nā q̄dā ſunt ſpōſalia de futuro.ſ.matrimonio ꝯhēdo q̄dā ſūt ſpōſalia de p̄ſenti,q̄ idē ſunt ꝙ mr̄imoniū
3 nō cōſummatū per carnalē copulā.❡†Sponſalia de futuro ꝯhūt dupliciter,aut verborū exp̄ſſiōe,aut iuris interp̄tatiōe:exēplū primi dicit Titiꝰ Berte,ꝓmittis mihi nubere:⁊ illa dicit ꝓmitto,⁊ ecōtra dicit Titio ꝓmittis ⁊c.inter iſtos ſunt ſpōſalia de futuro,formata in verbis exp̄ſſe cōceptis ſic formar,vt in futurū ſonēt:vt.ff.e.l.j. exēplū ſcꝺi,qñ duo pupilli maiores tn̄ infante,vel vnꝰ pupillꝰ,⁊ alter pubes,ſe deſpōſant ꝑ verba de p̄ſenti hoc mō:Ego accipio te in virū meū.⁊ alter dicit,accipio te in vxorē meā.nā iſta verba ſonant in ſpōſalibus de p̄ſenti in mr̄imoniū nō ꝯſummatū.realr tn̄ ſunt ſpōſalia de futuro,mr̄imoniū etate interim impediēte,⁊ ad fedꝰ mr̄imonij nō ſufficiēte.ff.e.l.in ſpōſalibus.⁊.d.c.j.de ſpō.in.vj.ibi,iuris interpretatione.vbi eſt notandū,ꝙ lꝫ intētio ſpōſi ⁊ ſpōſe hec eſſet vcꝫ ꝯhere ſpōſalia de p̄nti:tn̄ ſi nō vꝫ vt agit,vt vꝫ valere pt ꝺ p̄nti. d.c.j.§.per dictū,tn̄ nec mirū,q꞉ cōſenſus includēs ſuperiꝰ,includit ⁊ inferius,vnde ibi nō eſt defectꝰ rōne cōſenſus nec rōne forme:q꞉ ibi eſt verborū expreſſio:ſꝫ ibi eſt defectꝰ rōne ſuſcipientis materie, q꞉ lꝫ habeat aptitudinē in potētia,nō tn̄ hꝫ in actu.ſ.mr̄imonij ꝯhēdi.ſ.actualr:ſecꝰ in his q̄ deſiderāt certā formā,nam illa non ſeruata,nullo mō vꝫ qꝺ agit.Itē ſecꝰ ſi deficeret cōſenſus,q em̄ priuat cōſenſum,priuat actū,vt.d.l.in ſponſalibꝰ.Et lex iſta legit duobꝰ modis,q̄tū ad literā grāmaticalē,ſꝫ ad intellectū ſubſtātialem vno mō tm̄,nā q̄tū ad lr̄am grāmaticalē,quidā habēt in litera prohibetur,

quod